

telligatur quanta reuerētia ei debeatur; sicut os corporis datum est ad loquendum, edendum, & osculandum; ita & os cordis ad loquendum, quæ pertinent ad gloriam Dei & utilitatem humanam; comedendum spirituales escas, osculandum cœlestem sponsum. II. Examinare debemus verba quæ sumus prolaturi; quia, oportet ea transire per iudicium Dei, quia in hoc consistit magna pars iustitiæ nostræ; quia verbum nostrum de proximo testimonium est pro eo vel contra eum. III. Lex, est regula ad quam voluntatem nostram debemus dirigere, intellige legem Dei. IV. Gressus hominis supplantatur cum opera & labores eius quasi furtim surripiantur, bona opera ei auferuntur vel eum deserunt;

A & c. Ex sanctorum proprio, sermone 94. a pag. 141. ad pag. 142.

S. LAURENTII IVSTINIANI sermo in solemnitatem Beatissimi Hieronymi Doctoris & Confessoris habitus, Imprimis Ecclesiam Dei domum nominat; in qua celebratur iuge conuiuium medulatarum pinguium, & vindemiæ de fœccata: columnæ huius domus variæ sunt pro Ordinum dignitate & Officiorum diuersitate, inter quas stat B. Hieronymus, velut columna argentea, erecta, fulgens, & solida. Deinde præclaras D. Hieronymi virtutes commemorat, eumque laudibus effert. Denique eius charitatem multum commendat, & tanquam Christianæ Religionis speculum illum proponit. Part. 2. pag. 680. & sequent.

OCTOBER:

FESTVM SANCTI REMIGII

Archiepiscopi Rhenensis.

1. Octobris.

\* DIONYSII CARTHVSIANI de S. Remigij Archiepiscopi excellentis sermo Aarum Prima est. Prænnuntiatio natiuitatis & impositio nominis à Deo. Secunda. Præsidencia fructuosissima in Episcopali officio. Tertia. Virtus miraculorum quæ egit Deus per eum. In proprio sanctorum fol. 291. a pag. 1 ad pag. 2.

FESTVM SANCTI FRANCISCI

Confessoris. 1V. Octobris.

\* DIONYSII CARTHVSIANI sermo, quo S. Francisci præconia expandit: quorum, 1. est Admirabilis & gratiosissima conuersio. 2. Rigorosa & maxima pœnitentia quam egit. 3. Gloriosa & laboriosa victoria, quæ Deo auxiliante seipsum vicit. 4. Admirabilis innocentia, vita purissima, & præclarissima sanctitas; 5. Con-

templationum excessus, 6. Stigmatum Christi portatio. 7. Maximus fructus quem fecit in Ecclesia Dei, 8. Virtus & magnificentia miraculorum. In sanctorum proprio, a fol. 291. p. 2. ad fol. 292. p. 2.

\* GVILLELMI PARISIENSIS sermo de S. Franciscis Confessoribus in quo ea Cap. II. Ecclesiasticæ elucidantur. Sapientia humiliati & exaltabit caput illius: & in medio magnarum illarum cõsedere faciet. Ex quibus duo in B. Francisco notat. Primo. Humilitatem, quæ principium sapientiæ videtur esse & quædam causa. Inde stultus primus Angelus, qui se, non caput suum exaltare, qui est Deus, volendo, cum esset summus factus est infimus; sapientes Christus, B. Virgo Maria. S. Franciscus, &c. seper humilitatem demittendo caput suum exaltauerunt. Sapientia autem mundi quæ stulticia est apud deum; tripartita inuenitur prima pars pertinet ad mundi gloriam; secunda ad diuitias, tertia ad delicias: contra has tres parte, attulit Dei filius sapientiam humilitatis, paupertatis, cruciatus siue crucifixi. Secundo. Gloriam ad quam in celo per humilita-